



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentaria Ac Disputationes In Primam Partem Divi Thomae

Cvm Variis Indicibvs

De Deo Effectore, Creaturarvm Omnivm Tractatvs II. De Opere Sex
Diervm, Ac Tertivs De Anima

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1622

E Collegio Conimbricensi, Societatis Iesv, Balthasar Alvarez, Doctor
Theologvs Ad Lectores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93575](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93575)



E COLLEGIO CONIMBRICENSI,
SOCIETATIS IESV.

BALTHASAR ALVAREZ,
DOCTOR THEOLOGVS

AD LECTORES.



*H*anc etiam de Mundi opificio, et primorum parentum procreatione, atque statu felici, infelicique lapsu, partem accuratissime elaboratam, ac prelo sepositam nobis reliquit P. religiosissimus aequè ac sapientissimus Doctor Franciscus Soarius. In qua certè perficienda, quidquid, vel ab humani ingenij viribus, vel à sacrorum Patrum lectione posset expeti, id omne planè, ac plenè Theologi quamlibet studiosissimi votis respondet. Meditabatur præterea Soarius commentationes de Anima, non in gratiam tantum illius doctrina illustranda, quam de argumento eodem, ad finem suæ Summæ de Deo, rebusque ab ipso creatis adiecit sanctus Thomas: sed ut disputationes etiam, quæ Philosophicæ scholæ magis sunt propriæ, locupletaret, atque in meliorem fortunam assereret, quàm ad hanc usque ætatem nactæ fuissent. Ea ergo animi meditatio foras cæpit prodire, initio in primis visendo, quod periclitari facile poterit, qui primi eius operis libri capita duodecim legendo contemplabitur. Verum Deus, ille qui nostrorum omnium cognitiones altius intropicit, ac decreta moderatur, non fortunam operi meliorem, sed Authoris felicitatem (ut credimus) supremam destinat æternò consilio. Ne vero interrupta de cetero penderet tractatio, quo etiam illorum voluntati fieret satis, quibus Soarij scripta sunt volumina (sunt autem omnibus ad unum sapientibus) sufficiens duximus disputationes de Anima ab Authore eodem in schola datas: opus quidem non paucos ante annos lucubratum, quod tamen lucernam oleat, amorisque unguis sapiat.

Suarez de opere sex dierum.

A 2 FACVL-

E Z
lis, oppr
um, et

TOM
LIB
I. PART.

2.